



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 72. Mauritius copiis in aciem eductis Augustam cingens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

mo judicibus fuerit damnatus, cum non Sæcul. XVI.  
 Sed aliud criminis dabatur, quam quod nebis militasset. Id quomodo stante inter A.C. 1552.  
 Cæsarem, & me pace fieri potuerit, aut debuerit, omnibus æstimandum relinquo qui citra odium, aut amorem de hac causa judicaturi sunt, quid nunc Ringravium, Recrodom, Rifebergum, & Scbertelium commemorem, quos Cæsar prescrivit. & in quorum capita non aliam ob caussam, quam quod mibi militarent, pretium percussoribus constituit, pessimo exemplo hominibus ad cædes ex insidiis faciendas invitatis; his de caassis arma sumpsi, & conjunctis cum Germaniæ Principibus consiliis, ac viribus justum & utrisque necessarium bellum suscepimus, qua in re nullum aliud compendium. aut emolumentum spectare me Deum testor, quam ut restituta Germaniæ dignitate, Saxonem Ducem, & Hassiæ Landgravium diuturna & injusta captivitate detentos in libertatem afferam, ex necessitudine antiqua, quæ Galliæ regibus cum Germaniæ Principibus intercedit.

### §. LXXII.

*Mauritius copiis in aciem eductis Augustam cingens.*

*Thu. hist.*

Interea Mauritius ad Landgravii Filios <sup>l. 10.</sup> eis collocuturus contendit, datis- <sup>Sleid. l. 24.</sup> que <sup>p. 875.</sup>

**Sæcul. XVI.**A.C. 1552.

que quibusdam mandatis suis subditis præcepit, ut se absente interim Augusto fratri suo parerent, quam in rem eidem quosdam Consiliarios probatæ fidei Viros adjungebat: demum vero ad illas copias, quas per Thuringiam sub hybernæ Stationis obtentu distribuerat, contendit, quo etiam Guilielmus Princeps ejus Sacer ex condicto cum suo agmine venturus erat: igitur Mauritus (\*) die decima nona Martii Erlebacum veniens inde ad Fraxineum Bajonensem Episcopum literas dedit, sextoque post die junctis Guilielmi Principis copiis ambo Schwinfurtum venerunt, ac postea Rotenburgum transferunt, ubi Albertus Marchio Brandenburgicus se cum illis conjunxit, ac triduo post una omnes Donawerdæ, quæ urbs tribus ab Augusta leucis distat, convenere, simulque, quocunque iter faciebant, Senatores nuper a Cæsare institutos abrogav-

---

(\*) Hujus itineris caussam Thuanus l. c. explicat his verbis: *Mauritus etsi fæderis auctor, ita dissimulanter agebat omnia, ut cogi se ab Hassi captivi liberis videri vellet, neque omnino de conciliatione desperaret, hinc exposuit, citari se ab iis, nec posse diutius justas illorum petitiones frustrari.* En solitam Protestantium sinceritatem!

rogarunt, ingenti pecuniarum summa Sæcul. XVI.  
mulctæ nomine exacta: dum vero Au- A.C. 1552.  
gustæ Vindelicorum, cui urbi Cæsar  
duntaxat quatuor peditum centurias im-  
posuerat, quamdam muri partem casu  
dejectam, fossamque ruina oppletam  
fuisse intellexerant Fœderati, illuc die  
ultima Martii cum copiis suis conti-  
nuato itinere contendunt, ac postera  
die prima Aprilis circa meridiem Au-  
gustum pervenientes, cives ad validam  
urbis defensionem paratos invenerunt,  
quamvis enim annonæ, bellicique ap-  
paratus copia non nisi ad quindecim  
dies instructi essent, Cæsarem tamen  
prompto auxilio haud defuturum spe-  
rabant.

## §. LXXXIII.

*Augusta Vindelicorum a Fœderatis  
obsessa, captaque.*

Priusquam Fœderati urbem tota tor- Chytr.  
mentorum vi quatere inciperent, Saxon. l. 17.  
cives ad ultroneam ditionem provo- Steid. l. c.  
cabant, oblatis conditionibus sae pro-  
ficiis, quas autem cum præsidarii ac-  
ceptare recusarent, obsidioni initium  
datur, ac quinto post die, cum cives  
resistendo impares essent, ditionis  
pacta conscribi postulant. Ergo quan-  
tocius a tormentorum explosione ces-  
Hist. Eccles. Tom. XLI. B b fatur,